

alias pecuniis ex foetu vendito acceptis debuisset.
Vid. Majmon. de permutat. c. 4. §. 8.

§. 2.

Erant enim animalia vitiosa ad sacrificia
inepta, de quibus vitiis animalium fuse differi-
tur in libro *Siphra Part. 2. fol. 239. p. 1. & fol.*
240. toto & 241. p. 1.

THESIS IX.

*Foetus sacrae victimae non poterat a-
liam adipisci sanctitatem, quam
habebat mater.*

§. 1.

Non poterat paterfamilias, si sacra victima
esset gravida, ejus foetum ad aliud sanctitatis ge-
nus destinare, quam, quod habebat mater (v. g.
si mater caedenda esset ut fieret victima gratia-
rum actoria, non poterat ejus foetus fieri holocau-
stum.) *Vid. Majm. de permutatione c. 4. §. 13.*

CO.